



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Venditio sententiæ probabilis in Iudice.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

Cap. V. *De Officiis*
 Iam transferendi, ergo eodem modo, quando Rex, vel
 Republica absolute concedit Senatoribus, vel Guber-
 natoribus ea Officia tradenda aliis, necesse licentiam
 concedi illi vendendi. Videant tamen apud Dianam
 de *trib. res. p.* Protes, aliquae, an ipsis concessae a Re-
 gis supremo Principe sit vetitum: tunc enim nulla fa-
 cienda licentia, vel alias collata licentia.

vbi vel concluditur, & vel ante concluditur. *Deo*
 Duo tamen scopuli sunt Domino cavendi: Prior
 inmoderato pretio vendantur, sed prudenti consilio,
 tam emolumentum Officij: Secus, præter iniustitiam
 inmoderati pretij, daretur etiam ansa Officiali elec-
 tui, ut a populo plus iusto: Posterior, Ne indignis con-
 stituenda Officiali. Si enim non idoneus Officialis à te
 accusatus damnari faciat, sive particularibus, sive Com-
 munitati per sententias iniustas, per latrocinia, &c. tu
 delibaberis ad restitutionem: & quidem non ego il-
 lum qui immediate damnum intulit, esse prius obligan-
 tem, certe in casu defectum tu obligationem non
 recipies. Immo, quando ipse electus bona fide credidit
 se esse idoneum, & sine gravi culpa, utpote ignoranter,
 & cum circumstantiis protulit, vel quid simile, tu elector
 omnino restituere debebis: de Lugo *tom. 2. d. 34. §. 4.*
 1. ubi ipse non peccavit culpa Theologica, possit
 tu, sciens, vel scire debens, indignum Officialem
 elegeris.


Venditio electionis ad Officium, vel ad Legatum.

et illam difficultatem pertinentem ad iustitiam di-
stribuendi huc reducamus: An scilicet Senatoribus, vel
exactione, qui, cum non sint Domini aliquorum Offi-
cium, vel legati, vel pecuniarum, fumentum, panis, &c.
tamen habent ea distribuendi suam electionem,
iniquam integramque sit, aliquid accipere ab illis, qui
elegant: coartatum, quod, cum Senator potuisset
alium elegere, tamen hunc elegit: cum hanc electio-
nem pretio estimabilis, posse illam competenti pretio ven-
diti exstimator.

Respondio, esse diligenter distinguendum, et Enim
fanno est de pecunia, similibusque rebus temporalibus
que sunt distribuenda ex solvitate Testatorum. Fuida-
re sunt cessorum &c. Vel de Officiis, que à Repub.
vel Senatoribus debent Civibus determinate condi-
tione conferri: et in utroque casu Distributor, ut dictum
est, nullum lus habere nisi eligendi, non autem sit Do-
minus five Officij five pecunie distribuendæ. De singu-
lis separatim: nam quia Sanchez. 2. conf. 1. dub. 56. (Ad
etiam dub. 3. §. 8. n. p. §. 17. et 18.) ca non diviti-
bus legentium non sedat eius doctrina;

Altero pitimò : Quando distribuenda est a te pecunia, ut quæqualems non potes accipere quidpiam propter electionem unius, potius, quàm alterius; si accipias, peccas, & accepta restituere teneris: Ita de Lugo dicitur, §. Ratio convincens est, quia si re ipsa non daretur summam distribuendam. Si enim Testator iussit, ut quælibet, v. g. nobiles darentur à te centum aurei, tu non velles decem exigere ab illa, quia eam legisti, iam non darentur decem, sed nonaginta. Neque dicas, eam liberè decem id dicas, inquam, nam satis involuntariè eam dare præsumendum est. Certè ita regulariter contingit, si pecuniam præceter: ut fuscè alibi. At verò si post acceptum, præceteri facias, non peccas.

Alioquinque integros aureos, nullo precedente
 pado, huc ullo metu, aliquid ex gatio animo, verè, & li-
 bere tibi dare illa veller, non repugno; Sed quæto te,
 quando erit?
 A. Affuso secundo: Quando distribuendum est offi-
 cium, non potes licitè hunc potius eligere, quàm illum
 quia ab hoc accepti pretium, verùm, si proportionatum
 pretium accipias, ad restitutionem non teneris. Ita de
 Longo 1.2. de iust. d.34. §. 3.m.37. infinuat Lessl.2.c.14.
 §.m.64. Ratio est, quia quamvis tu obligaris dare Of-
 ficium aliqui, veluti in genere, non tamen obligaris dare
 hunc homini particulari: cum ergo hanc electioni sit sub-
 iectum domino, & sit pretio æstimabilis: illum moderatè



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pretio vendens, non facis contra Iustitiam, & ut suppono
neque Reip. damnum inferis, quia idoneum eligis.

9. Dices : Hæc ratio etiam probat, id non esse illicitum. Respondet, saltem tunc efficit mortaliter illicitum, quando adellet lex sub mortali obligans, non electio fieret nisi gratis, ac sine pretio exhiberes. Sed neque in hoc casu obligaretis ad restitutionem accepti (supponimus autem a lege non invalidati donationem, sed solum prohiberi) quia non peccaretis contra iustitiam commutativam, sed vel contra obedientiam, vel similem aliam virtutem. In eodem tamen casu, quo peccaretis mortaliter adverto, si facta à te electione, pecuniæ receptæ adhuc esset res integra, ut restitui sub electione, & collatione Officii possiet, obligari sub mortali ad rescindendam electionem, pecuniæque reddendam; & ad gratis de novo eligendum, non scilicet peccatum mortale continuaret, nam si irrefcindibilis esset electio ad nullam restitutionem tenereris, quia tunc eiusmodi restitutio, nec peccatum iam commissum, nec electionem irrevocabiler iam factam impedire possiet.

10. Vrges, Adfunt leges prohibentes, quas ponit per
extensum Sanchi. l. i. *conf. l. i. dub. 3. 6.* Cur ergo dictum est
(quoad adfct lex). Rpondeo quia, (ur recte monet de
Leg. tom. 2. de iust. d. 3. q. 3. l. 3. n. 3.) hæ leges solum lo-
quuntur de electione, quoad distribuendam pecuniam,
vel quid æquivalens, non verò, quoad distribuendam præ-
dicta officia.

11. Anno superiore delegati sunt à Protege .per hoc Regnum nonnulli Viri nobiles, qui conferent, seu deficerent numerum animarum, seu capitem Regni, eorumque diuitias; concessaque isdem est facultas ascendendi sibi aliquot Ministros, quibus solveretur stipendium sui laboris, nempe unis aureis, vel quod simile pro quolibet die. Quis ex his nobilibus, quandoquidem ei concedebatur hunc ministerium potius eligere posse, quam illum, quævisit à me, an ipsi liceret exigere pecuniam aliquid, iuravit dimidium aureum pro singulis diebus ipsi solveret, dimidium Minister?

12. Respondi, nequaquam licere, sub poena testitu-
tionis. Rationem duxi ex hactenus allata doctrina: nam
cuiusmodi electio ad Officium, seu Ministerium relatum
ad illam determinatam pecuniam à Prorege taxatam, non
est concessa absolute Viro illi nobili, sed sub ea condi-
tione, ut Minister lucraretur integram aureum: quare
hæc electio reducit ad priorem illam distributionem
pecuniæ integrè dandam electis, dictam *num. 7*. Atque
adverte eodem peccato contra Iustitiam peccaturum
eundem nobilem Virum, si ab initio acciperet aliquod
pretium pro cuiusmodi electione: nam tunc revera tota
merces illi Ministro iuste à Prorege attributa nequa-
quam daretur, intem ei sibi Vir ille nobilis iam
anticipato seponeret.

Venditio Sententiae probabilis.

13. Occurrit hic non absimilis difficultas in Iudice
 Supponimus probabile esse eam opinionem, de qua
 lazar dixi l. i. c. 3. quam præter ibi citatos sequitur Dica-
 l. 2. de iust. tr. 1. d. 5. q. 5. an. 7. an. 280. licet Iudici ex dua-
 bus opinionibus æque probabilibus unâ eligere, & iuxta
 illam proferre sententiam. Iam inquit, licitène, & iuste
 accipiet Iudex pecuniam, utpote illam eligat, quæ mi-
 fayer, quàm illam, quæ meo adversario?

Respondendo cum illam sententiam improbabilem ego
iudicaverim, & pluribus reprobaverim *quidem*, conse-
quenter assero locum hic non habere *istidem* hanc
tam tamen legat, qui velit, apud *Lessium lib. 6. c. 1. §. 4. d.*
num. 64. Valentium 2. 2. §. 6. art. 3. §. 9. p. 4. Salom. 2.
4. 6. art. 4. contr. 2. ac probabile iudicat *Fg. l. 8. in 2. de*
præcep. c. 26. n. 3. §. licet probabilius patet oppositum.